



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De deposito: & quòd summo studio ac fide illud custodire oporteat, nec in eius, qui depositum fraudem quicquam moliri. cap. xlivii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

IIID. IOANN. DAMASCENI

De deposito: & quod summo studio ac fide illud custodire oporteat, nec in eius, qui depositus, fraudem quicquam moliri.

C A P. X L I I I .

*Exod. 22.* **I** QVI commendaerit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo, qui custodierat, furto ablata fuerint, si inuenitur fur, duplum reddet: si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui, ad perpetrandam fraudem. Si quis commendaerit proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, nullusque hoc G viderit: iusurandum erit in medio, quod non extenderit manum in rem proximi sui: suscipietque Dominus iuramentum: & ille reddere non cogetur. Quod si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. Si comedum à bestia, deferat ad eum quod occisum est, & non restituet.

De Presbyteris.

C A P. X L V .

*Eusebius.* **V**LTI peccatores, cum presbyteri sint, sacris operantur, nec Deus eos auersatur: verum per Spiritum sanctum proposita dona consecrat. **A**c panis quidem pretiosum Domini corpus efficitur, poculum autem H pretiosus Domini sanguis. Sunt igitur, qui se rem aquam ac ratione consentaneam facere putent, cum ab ipsis epulo sacro excipi recusant, nescientes videlicet hinc se gravius condemnari. Quis enim es tu, qui prefectum tuum atque antistitem iudicas? An non Apostolum dicentes audisti, Principi populi tui non maledicas? Ac rursus, Tu quis es qui alienum servis? *Exod. 22.* uum iudicas? Domino suo stat, aut cadit. E quando nosti ouem pastori salutem attulisse? *Rom. 14.* Tunc aduersus pastorem accusationem instituis? Certe quemadmodum pecus rationis expers dentes aduersus pastorem acuere non potest: sic nec ratione praeditam ouem ad accusandum pastorem linguam acuere conuenit. Tu qui ab eo erudiris ac velut manu duceris, ipsum arguendi ac indicandi potestatem non habes: quemadmodum dixit Apostolus, No- *I* lite ante tempus indicare, donec veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebra- rum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique a Deo. Penes ipsum de te sententiam ferendi potestas est. Qui autem ipsum iudicat, Dominus est. Ac rursus Mat. 7. Nolite iudicare: & non iudicabimini. Tu, quem debes, honorem ac venerationem rede, velut his verbis Paulus te admonet, Reddite omnibus debita: cui tributum tributum, cui honorum honorum. Fac, que regula poscit, expreas. Primitias frugum tuarum Ecclesia offer, non curiosius inquirens quonam pacto expendatur. Quod si indicare tibi cordi est (id quod tibi minime permittitur) in anima tua penu ingredere: nosce que in conscientia tua insint: hoc est, an non cædem perpetravis, an non adulterium aut stuprum admisceris, an non auaritia studueris, an non aliena eripueris, an non maledictis quenquam incepseris, an no- *K* petieraueris, an non mendacio te obstrinxeris, denique an non quippiam eorum, que legibus diuinis interdicta sunt, egeris. Atque ita in prefectum tuum censuram tibi arripere non licet. Quocirca suas quisque actiones inspiciat, ac de proximo suo pronunciare supersedeat. Quod si quis neglectis iis, que a me commemorata sunt, ad proximi accusationem linguam confert, mercedem ipse quoque suam primo quoque tempore expectet. Que enim quispiam proximo suo fecerit, haec ipse etiam se se recepturum esse non dubitet, quemadmodum a Do- *Mat. 7.* mino dictum est. Qua mensura mensi fueritis, eadem remetetur vobis. Vnusquisque nostrum ad opera sua animum aduertat. De nostris ipsis vitiis in cura & sollicitudine versemur: & de iis iudicium nobis ne arrogemus, de quibus iudicare minime insumus. Ce- terum ipse quoque sacerdos singulari erga plebem affectu esse debet, atque ante omnia pro eorum salute toto pectore Deum precari (quemadmodum dixit Dominus, Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis) laboranti opem ferre, moerenti consolationem adhi- bere